recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Premisliensi Iurisdictioni se cum Suc-
cessoribus ac bonis suis gctr omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter
subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia
sibi recognoscenti de bonis paternis et maternis de recognoscentis ratione sui ex-
peditionis et exolutionis concernens per manus Generosorum Demiani et Fran-
cisci Stanskich fratrum suorum germanorum realiter satisfactum est ob quam rea-
lem satisfactionem eadem recognoscens eosdem fratres suos quietat perpetuo in vim
iusq eorundem fratrum suorum de bonis iisdem paternis et maternis abdicat
et abrenunciat Hac sua praesenti recognitione adpraemissa mediante.

Wysokinski Consorti Reformat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien.
Generosus Alexander Wysokinski sanus mente et corpore existens a Terris
districtibus Iuribus Iurisdictionibus, suis quibusuis propriis et competen. recedendo
do Praesenti vero Castrensi Capitan. Premisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus
ac bonis suis gctr omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie
subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse Generosus Anno de Stas Consorti suae legitimae summam mil-
le et Quingentorum florenorum polon. Ratione vera dotis et expeditionis post ipsa
acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem summam mille
et Quingentorum floren. polon. ratione certi veri iusti et liquidi dotalitii in et
super tota et integra medietate bonorum suorum gctr omnium haereditariorum et
obligatoriorum mobilium et immobilium ac summarum quarumvis pecuniarum
Nec non auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum
equorum totiusq supellectilis domesticae nunc habitorum et in post habendorum
dedit dotavit dotalitavit inscripsit et reformavit gctr ipsis dat dotat do-
talitat inscribit et resignat Per ipsum Generosam Annam de Stas Consortem
suam et eius posteros eandem medietatem bonorum suorum gctr omnium In-
scriptionis praesentis Reformationis obnoxiorum cum universis utilitatibus et usu-
fructibus tenendi habendi et possidendi ac ad usus suos et suorum successorum quos-
vis bene placitos libere et effectualiter convertendi rigore ac more aliarum

informationum

reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum. Hac sua prae:
:senti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Pincerna Praemislien. M. Succa:mercario Sanocen. Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien. Gene:
rosus Alexander Fredro Pincerna Terrae Praemislien. sanus mente et corpore
existens a Terris districtibus iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et
competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Praemislien. Iurisdictioni se cum
Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quoad actum praesentem attinet totali:
ter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum
recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo videlicet de Inscriptione Castren.
Capitan. Praemislien. sibi recognoveratur per Generosum Damianum Stawski super
summam Quinque millium florenorum polon. in malo simplicis debiti recognita. Nec non
de summa ipsa Quinque millium floren. polon. tum Interversa certa inter se Reco:
gnoscentem et eundem Generosum Stawski atque Generosam olim Salomeam Stawska
consortem circa eandem summam Inscriptioneque eius Reformatoriam ac bonis ipsis
in eadem Iuribus Contentis summa eadem oneratis Cum paratu eiusdem iuris cessi
Intromissione tutione evictione et emundatione Cuiusque per se Recognoscentem
in huiusque Continuatae possessione Cum omni praemissorum iure dominio et proprie:
tate ac generaliter competentia et praerogativa summae ipsius praefatae et bono:
rum summa eadem oneratorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus
obventionibus Commodis et emolumentis Inscriptionis praedictae et iuris cessi
conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis attinentiisque et
pertinentiis quibusvis universis Nihil ex praemissis iuris dominii proprietatis ac Cuius:
vis competentiae et praerogativae pro se recognoscente suisque Successoribus aut quopiam
alio reservando seu excipiendo verum prout praemissa omnia et singula se re:
cognoscen. concernebant ad ipsumque spectabant. Tum ex nunc et de facto Magnifico
Andreae de Nowotaniec Stano Succamerario Terrae Sanocen. eiusque posteris
Caeptaque ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione
Cessit et condescendit prout praesentibus cedit et condescendit omnis